



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De his qui maleficiis impediti coi re nequeunt. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



iuncti, vna caro effecti fuisset. Tunc mulier secundas posse contrahere nuptias: humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigida naturæ est, maneat sine coniuge. Quod si & ille aliam coniugem acceperit, tunc hi, qui iurauerant, periurii crimine rei teneantur: & poenitentia peracta priora cogantur recipere conubia. Hoc seruandum est, cum vterque id fatetur. Sed vir si asserit se debitum reddidisse vxori, & illa diffitetur: cui potius fides habenda sit, merito quaeritur. De hoc ita statutum est. Si quis ita acceperit vxorem, & habuerit

*Ephes. 5. a*

eam aliquo tempore, & ipsa femina dicit, quod nunquam coisset cum eo, & ille vir dicit, quod sic fecit: in veritate viri constat, quia vir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

*De his qui maleficis impediti coire non possunt. C*

De malefici a impedimento hoc tenendum decernitur: Quod si per sortiarias & maleficas concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus illa eueniunt, ut spiritu contrito & humiliato Deo & sacerdoti de omnibus peccatis confessionem faciant, & lachrymis, orationibus & ieiuniis Domino satisfaciant, & per exorcismos ac cætera ecclesiastica disciplina munimina ministri ecclesie tales sanare procurent. Quod si non voverint, separari valebunt. Sed postquam alias nuptias experierint illis viuentibus quibus post iunctæ fuerint, prioribus quos reliquerant: etiam si possibilitas concumbendi eis reddita fuerit, reconciliare nequibunt. Quod in fine huius capituli continetur, ex rigore magis dictum intelligendum est quam ex canonica æquitate. Vel intelligendum est non posse reconciliari prioribus, nisi iudicio ecclesie quo diuisio facta fuerat.

*Hincmarus  
Remensis  
Archiepisc.  
33 q. 3. cap.  
Si per sortiarias.*

*De furiosis addit.*

**D**

Furiosi quoque dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non valent. Vnde Fabian. Neque furio-

furio-